B. m. II, 290.
(X1880467)
h. 56, 16.
II k 3588

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

# JUDICIO MIXTO,

Quam

DIVINA FAVENTE GRATIA,

Ex DECRETO Et AUCTORITATE

*Magnifici JCtorum Ordinis*

*in Illuſtri Academia Viadrina,*

PRÆSIDE

*VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO*

**Dn. MARCO RHODIO,**

JCto CELEBERRIMO,

Facult. Jurid. SENIORE, Cod. Juſtin. PROFESS. Meritiſſimo,

& h. t. DECANO Spectabili,

*Domino Patrono & Fautore ſuo ſumme devenerando,*

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONORES

AC PRIVILEGIA ritè conſequendi,

*IN AUDITORIO JCTORUM*

*Ad D. XVIII. Martii An. MDCC. Horis ante & pomeridianis,*

Placido eruditorum examini ſubmittit

JOACHIM ALBRECHT LAURENS, *Pruſſ.*

& in Pomer. Dic. Elector. Advocatus.

FRANCOFURTI ad VIADRUM, Literis CHRISTOPH. ZEITLERI.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
17.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0001-2

# CAP. I.

# Generalia de Judiciis & Judicio mixto, ut & de ejus onomatologia.

## SUMMARIA.

JUdicia ſunt Juris Naturæ, Divini & Gentium. 1. 2.
DEUS autor eſt judiciorum & ipſe judicium habuit in Paradiſo. 3.
Judicia ſunt neceſſaria. 4. 5. 6.
Magna eſt gloria præeſſe judiciis. 7.
Non minus Juris Gentium ſunt quam bella. 8.
Quoad formam Juris ſunt poſitivi. 9.
Judicium mixtum eſt juris poſitivi. 10.
De Judicii Etymologia & Homonymia item ejusdem ſpeciebus remiſſive. 11.
De mixti homonymia, item an ſub ſimplici & quatenus comprehendatur ac à confuſione differat, remiſſive 12. 13.
Tunicas diverſis coloribus tingere agrumq; duobus ſeminum generibus conſerere, eſt prohibitum 14.
Judicium quot modis mixtum dicatur. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
Judicii mixti deſcriptio. 22.

JUdicia Juris eſſe Naturæ, ita ut Divinum & Gentium jus ambitu ſuo complectatur, Grot. *de J. B. & Pac. lib. 1. c. 1. §. 14. n. 1. & §. 15. n. 1.* in propatulo eſt. DEus enim ter Optim ter Maxim. Judicii eſt 1. 2. 3.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0002-7

tor *Exod. 18. v. 21.* & Judicium ipſe in Paradiſo habuit, de quo Rosbach. *in Proceſſ. Tit. 1. n. 32. ſeqq.* Carpzov. *in Proceſſ. Tit. 1. art. 1. num. 24. ſeqq.* Et ad jura regenda ac contra invitos exequenda neceſſaria eſt in terris poteſtas, Dn. Coccejus *JCtus celeberrimus, Promotor ſtudiorum meorum devenerandus, in Poſition. ſuis Generaliſſ. pro*
4. *explicat. Juris Gent. Poſit. 13.* atq; id maximè apparet ex medii neceſſitate; conſtituto namq; jure, ſine quo ſocietas inter homines ſubſiſtere nequit, etiam medium illud conſtitutum intelligitur, quod unicum & neceſſarium eſt ad illud obtinendum, *prælaud. Dn. JCtus acutiſſimus in Poſit. 4. n. 4.* cenſetur quippe ipſa natura jus dare ad id omne, ſine quo obtineri non poteſt, quod ipſa imperat, Grot. *lib. 2. c. 5. §. 5.* Hinc idem in *Prolegom. §. 19.* dicit: quod multi per ſe infirmi ne à validioribus opprimerentur conſpirarunt ad inſtituenda & tuenda Judicia; fine enim ſuo careret jus, niſi
5. vires miniſtras habeat. Sic cum delicta & pœnæ materia conveniant, & utraque in privatione jurium noſtrorum conſiſtant, ac cauſa ſaltem differant, ita ut in illis privatio hæc fiat injuſtè, ab eo qui privandi jus non habet, neceſſe eſt ut in his juſtè à Judice viciſſim fiat, qui tale jus habet ad emendandos homines, Dn. Coccej. *Poſit. 12.* infligendum malum paſſionis ob malum actionis, ac reſtaurationem jurium injuſtè
6. ablatorum, Grot. *lib. 2. c. 20. §. 1.* Et certè ſi juxta *§. 2. Inſt. de J. N. & Gent.* Juris Gentium ſint, qvæ uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes humanæ ſibi conſtituerunt, profecto Judicia talia erunt; absque illis namque regna non niſi magna forent latrocinia, Grot. *lib. 2. c. 1. §. 1. n. 3.* & omnes à natura inter homi-
7. nes conſtitutæ ſocietates prorſus tollerentur; Unde

& nulla major gloria eſt, qvam præeſſe Judiciis, per
quæ conſervatur hominum ſocietas, Bodin. *de Republ.*
*lib.3. c.3.* Schönborn. *3. Polit. c.39.* ac ſummos honores
ſibi conciliat, qui operatur decidendis litibus *L. 5. in*
*pr. ff. de jure immunit. L.3. §. 1. ff. quod metus cauſa.* Non 8.
minus Judicia Juris Naturæ & Gentium ſunt, quam
bella, nam ubi judicia deficiunt, incipit bellum Grot.
*d.l.2.c.2.§.2.* Judicia vigent adverſus eos, qui invali-
diores ſe ſentiunt ſeu ſubditos, in pares bella ſumun-
tur, ſed ut recta ſint, non minore religione exercen-
da, quam Judicia exerceri ſolent. Grot. *in Prolegom.*
*§. 25. & lib.3.c.2.§.5.n.1.* Et quamvis Grot. *lib. 1. cap.3.* 9.
*§.1.* dicat: judicia non à natura ſed à facto humano
eſſe, id tamen intelligendum, quatenus nimirum eo-
rum adminiſtratio, inſtitutis demum civitatibus, per-
ſonis certis committebatur ſub certa & ſolenni diri-
gendi forma. Interim verum nihilominus permanet,
judicia abſolutè & in ſe ſpectata originem ac auctori-
tatem ſuam debere DEO. Hoc quoq; intendit Robert.
*Mar. in ſpec. aur. P.3. n. 133.* ubi dicit: judicia quidem in pa-
radiſo cœpiſſe, ſed proſecutionem ſuam, augmentum
& formam ex jure Gentium habuiſſe Simon. *in Not.*
*ad h. loc.* Grot. add. Ziegl. *ad h. §.* Matth. Steph. *de Juris-*
*dict. c.1 n. 80. & 81.* Judicii mixti ordinatio itaque juris 10.
eſt poſitivi. Judicii Etymologiam item Homonymi- 11.
am vide ſis apud Hermann. Vultej. *Tr. de judiciis lib. 1.*
*c.1.n.26. ſeqq.* Eckolt. *ad ff. Tit. de judic. §. 1.* Item de va-
riis ejusdem ſpeciebus Beſold. *in Diſp. de Proc. Judiciar.*
*c.2. & præd.* Eckolt. *d.l. §.3.* Lauterb. *in Compend. Juris* †
quas omnes hic recenſere de Judicio mixto ſaltem
acturi, ſupervacaneum ducimus, interim cupidum
lectorem eo remittimus.

12. Mixtum ſive miſcere qvam variè in jure dicatur & mixtura à confuſione differat, *vide Calvini Lexic. Jurid. voce miſcere. §. 28. & 29. Inſt. de R. D.* Mix-
13. tum ſub ſimplici an & quatenus comprehendatur, item quando ſequatur naturam ſui ſimplicis magis digni, de eo latè *apud Barbos. lib. XI. c. 46. Axiom. IV. & V.*
14. Ubi etiam notat, diverſos colores miſcere & tunicas diverſis coloribus tingere, agrumq́; duobus ſeminum generibus conſerere, prohibitum eſſe *Lev. 19. v. 19. L. 3. C. de Veſtib. holo. ibiq́;* Dn. Brunn. *in Comment.*

15. Ad Judicia mixta tandem ut veniamus, talia diverſis modis in jure dicuntur vel *1. ratione cauſæ effici-*
16. *entis*, mixtum dicitur qvo partim ipſam rem ex facultate in re competente, partim præſtationes perſonales propter admixtum jus ad rem perſeqvimur, *§. 20. Inſt. de Action.* Struv. *Syntag. J. Civ. Exerc. 9. Theſ. 63.* Unde judicium diviſorium eſſe mixtum in rem & in perſonam Salyc. colligi dicit Brunn. ad *L. 1. C. Tit. à*
17. *Commun. divid. n. 12. & 13.* Vel *2. ratione objecti*, ubi partim rem, partim pœnam perſeqvimur, *§ 19. Inſt. de Act.* Sic mixtum etiam faciunt judicium, ubi agitur de cauſa, quæ participat de re ſpirituali & temporali, utpote ſi ageretur de Jure Patronatus, penſionibus eccleſiaſticis & ſimilibus. Vultej. *de Judic. lib. 1. c. 1. n. 11. ibiq́; alleg.* Scacc. *de judic.* Beſold. *Diſput. de proceſſ.*
18. *Judic. c. 1. § 19.* Vel *3. Ratione finis*, quod ſcilicet de civili & criminali participat, ut in caſu *L. 25. §. f. ad SCtum*
19. *Syllan.* Eckholt. *ad ff. de Judic. §. 3.* Vel *4. Ratione ſubjecti*, ubi uterq́; litigantium & actor & reus eſſe poteſt *L. 37. §. 1. ff. de Obl. & act. junct. L. 2. & 3. L. 44 §. 4. ff. famil. herciſc.* Quamvis ex eventu is pro actore habeatur, qui prius ad judicium provocavit *L. 13. & 29. ff. de judic.*

L. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0005-3

*L. 2. in f. ff. comm. divid.* aut ſi uno eodemq; tempore
ambo provocant ſorte res diſcernenda erit *L. 14. ff. de*
*Judic.* Sic certo modo ad judicium mixtum referri 20.
poſſunt Conſiſtoria, quæ ex JCtis & Theologis com-
ponenda, vid. Carpz. *J. Eccleſ. lib. 1. Def. 10. n. 10. ſeqq.*
Brunn. *de J. Eccleſ. c. 1. theſ. 5.* de Pomerania *vide Con-*
*ſiſtorial*-Ordnung *c. 1. §. 1.* Item Judicium reviſorium
certa ratione, ubi in *præd. Ordin. Conſiſt.* de Judicio Revi-
ſorio diſpoſitum: Dazu ſollen einer aus der Regie-
rung / einer aus dem Hoffgericht / zwey von der Rit-
terſchafft / und einer aus den Städten aus der Zahl
der Land-Räthe eligiret und zur reviſion verord-
net werden. Tandem mixtum dicitur Judicium *ra-* 21.
*tione ſubjecti activi & paſſivi*, perſonarum nempe judi-
cantium & judicandarum, quæ diverſi judicii ſunt; &
hæc ſignificatio propriè hujus loci eſt. Nihil verò ali- 22.
ud eſt, quam legitima cauſæ controverſæ coram Ma-
giſtratu diverſæ jurisdictionis, tractatio & dijudicatio.

# CAP. II.

## De Cauſa efficiente & Perſonis Judicium mixtum conſtituentibus.

### SUMMARIA.

*Supremus Legislator eſt cauſa efficiens judicii mixti. 1.*

*Hanc poteſtatem non ſolum habet Imperator, ſed & reliqui Status Imperii. 2.*

*Condunt hi conſtitutiones ſuper modo procedendi. 3.*

*Ex diverſi fori judicibus conſtituitur judicium mixtum. 4.*

*Edicta & conſtitutiones quædam allegantur, ubi diſpoſitum, in quibus cauſis illud ordinandum ſit. 5. 6. 7. 8.*

*Exempla. 10. & 11.*



*Si lis*

*Si lis Studioſo cum milite eſſet, pariter judicium mixtum erit inſtituendum.* 12.
*Perſonæ judicium mixtum conſtituentes principales.* 13.
*Minus principales.* 14.
*Quod Judices denominandi* 15.
*An ſpeciale juramentũ præſtare teneantur?* 16.
*Reſpond. diſtingv.* 17.
*Milites ad hoc ſunt obſtricti.* 18.

1. CAuſa efficiens Judicii mixti eſt ſummus Princeps ſeu Legislator, qui in territorio ſuo jus ferendarum Legum & ordinandorum judiciorum
2. habet. Hâc verò poteſtate non ſolum Imperator, à quo uti à fonte & capite quotquot juridicundo præfecti, omnem poteſtatem recognoſcere dicit Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 1. c. 1. n. 82. ſeqq.* Sed & ob ſuperioritatem territorialem Principes & Duces Imperii ac alii gaudent, qui funguntur vice Imperatoris, & in ſuo territorio omnia facere poſſunt, quæ poteſt Imperator in Imperio, Vultej. *de judic. lib. 1. c. 4. n. 27.* Conſil. Marpurg. *Vol. 4. Conſ. 25.* Gail. *de Pace Publ. lib. 1. c. 6. n. 10.* Reinking. *de Regim. Secul. lib. 1. c. 5. c. 6.* Myler. *de Jure Stat. Imper. c. 14. & ſeqq.* Dn. Stryk. *Præceptor quondam meus deveneranđus de Stylo curiæ c. 7. n. 13.* Cum mica ſalis tamen hoc accipiendum eſſe, monet Ziegler. *de Jure Magiſt. lib. 1. c. 18. theſ. 25.* imo quilibet Princeps in ſuo territorio cenſetur Imperator, Dauth. *de Teſtam. in ex-*
3. *plic. cauſ. effic. n. 36.* Habentque poteſtatem condendi conſtitutiones ſuper modo procedendi, Gail. *in Tract. de arreſt. c. 7. num. 14.* Schrader. *de Feud. P. 10. Sect. 8. n. 28.* Beſold. *Theſ. Pract. voce* Land- und Stadt-Recht. Hi
4. ex Magiſtratibus diverſi fori judicium hoc ordinant inter partes, quæ ſuos diverſos habent judices. Sic Sereniſſimus ac Potentiſſimus Elector Brandenb. Fridericus

dericus Wilhemus Magnus, glorioſiſſimæ memoriæ, 5.
in Edicto ſuo ſub dato Cölln an der Spree d.28.Nov.89.
de decidendis litib9 inter cives & milites his verbis ſanxit: So laſſen Wir zu/ daß wenn ein Soldat mit einem Bürger zu thun hat/ ein Officier der Verhör mit beywohne/ und alſo auch wenn ein Bürger mit einem Soldaten zu thun hat/ gleicher geſtalt einer aus Mittel des Raths/ oder wegen des Magiſtrats/ beym Verhör und Entſcheidung der Sache ſeyn möge/ quod re- 6.
novatum in Edicto de anno 1665. d. 6. Octobr. ſub dato Cleve, hoc addito, daß wenn ein Bauer mit einem Soldaten zu thun hätte/ einer aus Mittel der Beamten dabey ſeyn ſolle. Im Churfl. Brandenb. Kriegs- 7.
Recht von Inſtruction und formirung des Proceſſes bey denen Kriegs-Gerichten *n.46.* habetur: Oder auch geſchiehet ſolches wohl in Sachen/ da eine civil Perſon/ als Edelmann oder Bürger mit einem Soldaten zn thun hat/ und alſo ein judicium mixtum formiret wird.

Pari modo Sereniſſimus ac Potentiſſimus Ele- 8.
ctor Brandenb. FRIDERICUS III. Dominus noſter clementiſſimus, in Edicto ſuo contra duella de dato Colon. ad Spream d. 6. Aug. 1688. Art. 14. in f. judicium mixtum ordinavit, in verbis: Trüge es ſich aber zu/ daß die Intereſſenten zum theil civil, zum theil militair Perſonen wären/ und alſo ad diverſa judicia gehöreten/ alsdenn ſoll ein judicium mixtum angeſtellet und die cognitio des Verbrechens/ nach Beſchaffenheit der Umbſtände entweder von unſern Regierungen mit Zuziehung eines oder mehr Kriegs-Officirer/ oder in foro militari mit Zuziehung eines oder mehr Civil-Bedienten/ fürgenommen/ erörtert/ und nach Innhalt

dieſes

9. dieſes Edicti abgethan werden. Hinc cum inter vicarium de B. é militia jam tum dimiſſum, qui fori privilegio amplius non utitur Mev. *P. 3. D. 72.* domicilium in Pomer. habentem, Advocatum Fiſci & ſigniferum de Z. actu militem, lis in puncto provocationis & injuriarum incideret, Sereniſſimus ac Potentiſſimus Elector noſter per Reſcriptum ſubſequens judicium mixtum conſtituere juſſit.

FRIDERICUS III. ELECTOR.

10. Unſern ꝛc. Wir befehlen euch hiemit gnädigſt den Fendrich Z Unſerm Leib-Regimente Dragouner ablieffern zu laſſen/ da wir denn gnädigſt reſolviret/ daß in deſſelben Sache von euch und Unſerm General Major dem von N. N. ein Judicium mixtum angeordnet oder niedergeſetzet/ die Sache darinn unterſuchet/ und wann ſolches zur Gnüge geſchehen/ ein Spruch darinn abgefaſſet/ und Uns derſelbe ante publicationem dem Herkommen gemäß zu fernerer Verordnunge eingeſchicket werden ſolle. Wornach ꝛc. Geben zu Potsdam den 23. Julii 1698.

11. Similiter in cauſa des Herrn General M. N. N. contra Lieut. P. Sereniſſimus ac Clementiſſimus Elector noſter judicium mixtum ordinavit.

FRIDERICUS III. Elector.

Unſern ꝛc. Was Unſer General M. N. N. wider den ehemahlen in Unſern Dienſten geſtandenen Lieut. P. unterthänigſt denunciret hat/ geben Wir euch aus copeylichen Anſchluſſe mehrern Innhalts zuerſehen/ imgleichen zeiget auch die zweyte Einlage/ was wir wegen niederſetzung eines judicii mixti in dieſer Sache gnädigſt reſolvirt/ und darüber reſcribiren laſſen.

Deme

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0009-9

Deme zufolge und erreichung Unſerer gnädigſten intention hiebey befehlen Wir euch hiemit in Gnaden/ bey Unſerm dortigen Hoff-Gericht oder an gehörigen Orthe zuverfügen/daß die Zeugen/welche von Unſern General Major vorgeſchlagen/ gegen den terminum, da das Judicium mixtum ſeyn ſoll / citiret werden/ auch ſonſten zu befordern/damit die Sache zur Endſchafft gebracht werde. Daran ꝛc. und Wir ſind euch ꝛc. Gegeben zu Cölln an der Spree den 13. Sept. 1699. Friderich.

An die Hinter-Pommerſche Regierung.

FRIDER. III. ELECTOR.

Unſern ꝛc. Es hat Unſer G. M. von N. Uns in Unterthänigkeit denunciret/ was geſtalt Er mit dem Lieut. N. in Vormundſchafft-Sachen ſeiner Schweſter Tochter in proceſs gerathen/ und als Er Jhm in ſeinem unbilligen Suchen oder Begehren nicht fügen können/ iſt er dergeſtalt verbittert worden/daß da der G. M. Jhme einsmahls in Unſerm Hinter-Pommer: Hoff-Gerichte etwas Geld arreſtiren laſſen/ der Lieut. auff dem Gerichts-Hauſe in Stargard herausgebrochen ꝛc. Weiln nun dieſes unanſtändige und zumahl wieder Unſer publicirtes Duell-Edict lauffende Dinge ſeyn/ deſſen außer Augenſetzunge Wir nicht zugeben noch verſtatten können/alſo haben Wir gnädigſt reſolviret in dieſer Sache ein Judicium mixtum anzuordnen/ allermaſſen Wir euch dazu hiemit committiren und in Gnaden anbefehlen/ſelbiges alſo zuveranlaſſen/ alle des G. M. vorgeſchlagene Zeugen auffs genauſte zu examiniren/ die denuncirte injurien gründlich zu unterſuchen/ ſervato juris ordine dabey zuverfahren/ und wenn ſolches geſchehen/ in der Sa-



che ent-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0010-1

che entweder zuſprechen/ oder ſolche zu Unſerer gnä-
digſten deciſion nebſt eurem unterthänigſten Berich-
te/ wie Ihr alles befunden habt/zu überſchicken/ und
ferner Verordnung darüber zu gewärtigen. Wor-
nach ꝛc. und Wir ꝛc. Cölln an der Spree den 13 Sept.
1699. **Friderich.**

12. Unde etiam ſtatuimus, quodſi ejusmodi lis in-
ter ſtudioſum & militem, Minervæ & Martis filium o-
riretur, eodem modo Judicium mixtum ordinandum
eſſe, cum & hi diverſi fori ſint & quilibet eorum pe-
culiarem ſuum Judicem habeat *Auth. habita C. ne fil. pro
patre.* Limn. *de Jure publ. l. 8 c. 9 n. 28. & L 7 C. de Jurisd.* ac
eadem hic ſubſit ratio, hinc eadem debet eſſe diſpo-
ſitio, deq; exemplis paribus & ſimilibus idem eſt ju-
dicium *cap. inter cæter. 4. de Reſcript cap. in cauſis 19. X.*
13. *de ſentent. & re judic.* Ex quibus inſimul apparet, Ma-
giſtratus diverſæ jurisdictionis à Principe ad litem
dirimendam deputatos, ut ſint judices, & partes liti-
gantes, actorem ſc. & reum diverſi fori, eſſe perſonas
principales Judicium mixtum conſtituentes, quippe
quæ perſonæ in omni judicio ad illud conſtituendum
adesſe debent. Struv. *Synt. J. Civ. Exerc. 9. theſ. 3* Lau-
terb. *in compend. Juris Tit. de judic. lit. a. b. & c.* Zaun-
ſchlieffer. *de Officio Judicis ſuppletor. Concl. 2. §. 1.* Uni-
us tamen vices in procesſu inqviſitorio ipſa fama ſive
vox publica ſupplet, vel ipſum commisſum delictum
reum quaſi accuſat Struv. *d. l.* Brunn. *Proceſſ. inqviſ.
c. 1.* Br. Kriegs Recht von formirung des Procesſus
14. bey den Kriegs Gerichten *cap. 5. n. 23.* Minus princi-
pales perſonæ ſunt, qvæ ſalvo judicio abeſſe poſſunt,
communiter tamen & hic teſte experientia adſunt,
ut Notarii, Advocati, Procuratores &c. Eckolt. *ad ff.*
*Tit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0011-7

*Tit. de Judic. §. 3. in f.* Qværitur verò quotnam dandi 15.
aut conſtituendi ſint Judices ex quolibet foro? Quæ
quæſtio cum non habeat certam in jure definitionem,
id omne ab arbitrio & libidine eorum qui facultatem
dandi & conſtituendi judicium habent, pendere pu-
tamus cum Herman. Vultej. *Tr. de judiciis lib. 1. c. 4.*
Sic in Edicto de Duellis *d. art. 14. in fine.* diſponitur;
Mit Zuziehmung eines oder mehrer Kriegs-Officirer
poſtea eines oder mehr Civil Bedienten. In prædictis
duabus cauſis pares fuerunt, in priori ex quolibet ju-
dicio 2. in poſteriori 3. Porrò ulterius non in concin- 16.
ne qværitur, an ad judicium hoc deputati ſpeciale ju-
ramentum judicum præſtare teneantur? Diſtingven- 17.
dum eſſe putamus, utrum jam tum hoc juramentum
ſemel præſtiterint, annon? hi prius, non eſſe de no-
vo adſtringendos, tunc enim eſſet ſupervacaneum,
ad quod nemo adigi poteſt, quodq; nunquam defe-
rendum, & ſi defertur declinandum eſt Mev. *Conſ. 103.*
*n. 110.* Sin poſterius id omninò præſtandum *per L. 14.*
*C. de judic. Ordin. Crim. art. 3.* Hinc etiam in ordina-
tione judiciaria Pom. cit. *Tit. 31. §. 6.* conſtitutum. Je-
doch ſollen (deputati ſc.) ſo von der Landſchafft ver-
ſchrieben/ oder von unſerm Gegentheil zu adjungi-
ren gebethen/ ſolcher Sachen wegen/ in ein Special
Eydes Gelübde/ wann ſie nicht vorhero den Gericht-
lichen aſſeſſorat Eyd geſchworen hätten/ das jenige
zu erkennen/ was recht iſt/ genommen werden. Mi-
lites ſeu deputati militares qvod ad ejus præſtationem 18.
ſint obſtricti, extra omnem dubitationis aleam eſt po-
ſitum, in Sacramento enim militari, quod tam ma-
joris quam minoris ordinis milites præſtant, de ad-
miniſtranda juſtitia nihil habetur. vide formulam im



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0012-2

Br. KriegsR. *Tit. 19. Art. 89.* Hinc im Königl. Schwediſchen KriegsR. von der Gerichts-Verordnung §. VI. diſpoſitum: Wann das General Kriegs-Recht beſetzet iſt / ſollen ſo wohl der Præſident als Aſſeſſores folgenden Richter-Eyd offentlich ablegen/ quod juxta §. 7. etiam in judicio militari inferiori ita obtinet. Im Churfl. Br. KriegsR. von Inſtruction und formirung des Proceſſus bey denen Kriegs-Gerichten *cap. 8. n. 56.* eapropter ſequentia leguntur in termino des Kriegsgerichts / wenn die Zahl der Aſſeſſoren völlig verhanden ꝛc. darauff wird der Solenne Richter-Eyd zur hand genommen derſelbe kürtzlich explicirt / die Aſſeſſores fleißig vermahnet/ ſo dann der Eyd vom Præſide und Beyſitzern offentlich abgeſchworen. Idcircò etiam in cap. 6. n. 42. des mentionirten Br. KriegsR. ſancitum: daß der militariſche Richter ſpecialiter und Krafft ſeines Eydes verbunden/durch alle Stücke des Proceſſus ſeine Augen auff des Miſſethäters Unſchuld und defenſion zu richten. quod tamen in prædictis duobus Proceſſibus non eſt præſtitum, nec etiam poſtulatum.

## CAP. III.

# De Judicii Mixti Objecto.

### Summaria.

*Omnes cauſæ in judicium mixtum deduci poſſunt.* 1.

*Præjudicia.* 2. 3. 4. 5. 6.

*Quæ cauſæ ſpecialiter huc ſpectent.* 7.

*Cauſæ maximi præjudicii quomodo in Pomer. tractandæ & decidendæ.* 8.

*Quomodo concernentes jura epiſcopalia P.* 9.

*De*

*De homicidio in confinio commiſſo aut reperto cujus ſit cognitio. 10.*
*Recenſentur opiniones. 11.*
*Approbatur opinio eorum qui utriq; Judici cognitionem deferunt. 12.*
*Si in unius jurisdictione delinquens inchoaverit delictũ, in alterius vero conſummarit, quis Judex? 13.*
*Diverſæ ſunt Dd. opiniones. 14.*
*Utrumq; Judicem competentem eſſe ſtatuimus. 15.*
*Qu. Ad quem pertineat cognitio criminis in viâ commiſſi? 16.*
*Reſponſio. 17.*
*In publica ejus eſt, cujus eſt jus regale in eadem via. 18.*
*In privata, qui ordinariam ibi habet jurisdictionem. 19.*

IN Judicium mixtum deduci poſſunt omnes cauſæ, 1.
quæ inter perſonas litigantes diverſi fori ſeu diverſæ, quandoque etiam ejusdem, jurisdictionis incidunt, ſive illæ ſint eccleſiaſticæ, ſive ſeculares, ſive mixtæ, ſive civiles, ſive criminales, ſive judicia illa ſint privata, ſive publica, ſive perſonalia, ſive realia, ſive petitorii, ſive poſſeſſorii Judicii, quinimo licet
ſint cauſæ præjudiciales. Sic cum cauſa matrimo- 2.
nialis inter militem & uxorem ejus incideret, Judicium mixtum à Sereniſſimo fuit ordinatum.

FRIDER. III. ELECTOR.

Unſern ꝛc. Demnach Unſer Stadt M. N. wegen der mit ſeiner Frauen habenden Ehe-Sache/ wie der Anſchluß mit mehrerm beſaget/ unterthänigſt angelanget/ und Wir dann befunden/ daß die Sache eigentlich matrimonialia betrifft/ welche zu eurer cognition gehören/ ſo haben wir deßhalb an Unſern General Major und Guuverneur zu Colberg den von N. wie Ihr aus angelegter Copia zuerſehen/reſcribiret/ und ihm injungiret/ dieſe Ehe-Sache an euch zu remittiren/

wornach Ihr euch alſo gehorſamſt zu achten/und beyde Theile gegen einen gewiſſen terminum vor euch zu laden/ zuforderſt aber Unſerm Gouverneur, dem von N. zu notificiren/ damit derjenige/ welchen Er hiezu aus dem Kriegs-Recht deputiren wird/ ſich in zeiten einfinden könne/ mit zuziehung deſſen Ihr denn dieſe Sache vorzunehmen. Geben Cölln an der Spree den 7. Novembr. 1691.

Friderich.

An das Hinter-Pommerſche Conſiſtorium.

3 Cum inter diverſæ religioni addictas perſonas lis in cauſa matrimoniali oriretur, prius commiſſio ab Electore noſtro clementiſſimo in utriusq; religionis Conſiliarios fuit decreta, poſtea verò Regimen in Pomerania, ubi utriusque religionis Conſiliarii ſunt Judex, & ſic Judicium mixtum fuit conſtitutum

FRIDER. III. ELECTOR.

Unſern ꝛc. Es wird euch zum Theil bekand ſeyn/ wie Wir aus bewegenden Urſachen in der zwiſchen D.V. ſeel. N. vorgekommenen Eheſache eine Commiſſion auff beyderley Confeſſions-Verwandte angeordnet/ ob nun wol Bekl. mit ihren Anverwandten in dem Anſchluß unterthänigſt erböthig/ einer commiſſion ſich willig und gerne zu unterwerffen/ deunoch aber erhebliche Urſachen von Ihnen angeführet werden/ warumb Sie vor Euch unſerm HoffgeR. P. von Krockow und Conſiſt. R. S. ſich füglich nicht einlaſſen könten/ ſo iſt aus dieſen und andern vorkommenden Umbſtänden faſt zu beſorgen/ daß durch eine anderweitige Commiſſion die Sache wol weitläufftiger gemacht/ und darbey mehrere Wiederwärtigkeit und Verdrießligkeiten verurſachet werden dürfften/ und

finden

finden Wir dieſem nach ſolchen vorzukommen / und viel dienſamer zuſeyn / die Commiſſion auffzuheben / und dieſe Eheſache vor Euch Unſerer Regierung / als worinn ohne dem beyderley Confeſſions-Verwandte ſich befinden / de ſimplici & plano vornehmen und erörtern zu laſſen ꝛc. Cölln an der Spree den 20. Januarii 1694.

Friderich.

An die Hinter-Pommerſche Regierung.

Pariter cum lis inter miniſteriales Lutheranæ & Reformatæ religionis, ratione certorum actuum miniſterialium, incideret, judicium mixtum ex perſonis utriusq; Religionis à Sereniſſimo Electore fuit conſtitutum FRIDERICUS III. ELECTOR. 4.

Unſern ꝛc. ꝛc. Weil Wir das gutte vernehmen zwiſchen denen Reformirten und Lutheriſchen nicht allein möglichſt unterhalten / ſondern auch viel lieber vermehret haben möchten / ſo haben Wir zu ſolchem Ende aus euren Mitteln Euch Unſern würcklichen Geheimbten Rath und dortigen Cantzler v. N. und euch unſern Geheimbten Rath und Hoff-Gerichts Præſid. daſelbſt von N. hiemit aufftragen wollen / beyderſeits Prediger von der Reformirten Gemeine ſo wohl / als auch der Lutheriſchen vor Euch zu beſcheiden / Sie mit ihren Gravaminibus zu vernehmen / mit höchſter Sorgfalt Euch angelegen ſeyn zu laſſen / ein gutes vernehmen und auffrichtigen Frieden unter Ihnen zu ſtifften ꝛc. Ubi obiter notanda conſtitutio Sereniſſimi de dato Königsberg den $\frac{1}{2}$[illegible]. Junii 1669. qua ſancitum: Daß derjenige Prediger die Traue verrichten ſolle / zu deſſen Gemeine und Kirche ſich der Bräutigam bekennet und hält; quod repetitum in Reſcripto de dato

Potſtam

Potſtam d. 18. Octobr. 1682. & confirmatum per Reſcriptum de dato Cölln an der Spree d. 24. Decembr. 1698. Sic in Reſolutione Sereniſſimi ſub dato Cölln
5. an der Spree d. 5. Martii 1680. caſus iſte inter paſtores ratione accidentalium controverſus, ſi ſponſus & ſponſa diverſis in locis habitent, ad quem pertineant,
6. Num. 2. deciſus eſt. Sed tranſeant hæc & redeamus in viam rectam ad judicium mixtum, quod in cauſa criminali etiam inter militem & uxoris occiſæ cognatos ac Adv. Fiſci anno 1674 à Sereniſſimo fuit ordinatum. **Friedrich Wilhelm Churfürſt.**

Unſern ꝛc. ꝛc. Es hat unſer Hinterpommerſches Hofgerichte unterthänigſt berichtet / was geſtalt ein Fendrich unſers Goltziſchen Regiments Döpling genañt/ dieſer Tagen ſeine Frau / des ſeel. N. Tochter / in fundo dotali zu P. woſelbſt er auch noch verhanden ſeyn ſoll/ mit einer Piſtohlen erſchoſſen. Wann Wir denn wegen Verſicherung des Delinquenten Perſohn / an unſern geheimbten Kriegs-Rath und General Lieutn. N. N. gnädigſte Verſicherung gethan / auch unſerm Hofgerichte / weiln Wir in dieſer Sache ein judicium mixtum formiren zu laſſen gemeinet/ſich aller fernern cognition darunter zu enthalten / als befehlen Wir euch in Gnaden/ Euch hiernach gleicher geſtalt gehorſambſt zu achten/und zu formirung dieſes judicii mixti einige eures Mittels / mit Zuziehunge unſers General-Wachtmeiſters N. N. an den Wir ebenfals die Nothdurfft gelangen laſſen / zu benennen / die ſich mit denen / ſo unſer General-Lieutn. verordnen wird / zuſammen thun / die Sache in gehörige cognition ziehen / und darunter was denen Rechten nach / und wie es in dergleichen judiciis mixtis bräuchlich / verfahren

möge.

möge. Cölln an der Spree den 26. Martii An. 1674.
An die Hinter-Pommerſche Regierung.

Inprimis verò illæ cauſæ huc ſpectant, quas Prin- 7.
ceps juxta Conſtitutiones & Edicta ſua in judiciis mix-
tis tractare juſſit, nec non illæ, quæ ſecundum L. L.
provinciales in judicio mixto examinandæ & deciden-
dæ ſunt. Ita in Ordinat. Conſiſt. Pom. citer. cap. 7. §. 4.
cautum: Wann einige Sachen vorkommen ſolten / 8.
welche von ſonderbahrer großer Wichtigkeit wären /
daß ſie entweder zu öffentlichen großen Ergernüß / zu
Zerrüttung des Gottesdienſtes in der Kirchen und
Schulen / oder auch zu einer Veränderung in der Leh-
re / ceremonien und des gemeinen Kirchenweſens An-
laß geben könten / ſoll das Conſiſtorium dieſelbe unſe-
rer Regierunge anmelden / und alles was dabey vor-
fält / referiren / welchen oblieget uns davon ohne Ver-
zug unterthänigſt zu berichten / und wollen Wir ſodañ /
wie desfals zu verfahren / in Gnaden verordnen / da-
bey auch dahin ſehen / damit zu deſſen Unterſuchung
entweder einige aus dem Mittel unſerer Regierungs-
Hof- und Conſiſtorial-Räthe / und unſerer getreuen
Land-Stände / wie auch des Hinter-Poñerſchen cleri,
nebſt unſerm General-Superintendenten niedergeſetzet /
und darinn / was Gottes heiligem Worte / dieſer Lande
Kirchen-Ordnung und Conſtitution gemäß / verord-
net / oder auch acta an eine unpartheyſche und unver-
dächtige Theologiſche und Juriſtiſche Facultät verſchi-
cket / und Belehrung darüber eingehohlet / auch fol-
gends / was befunden und erkannt / zur execution be-
fördert werde; Et in §. 5. ſeqq. Solte auch etwas in 9.
jure Epiſcopali vorlauffen / ſo Uns als des Landes ho-
he Obrigkeit inſonderheit concernirete / und altioris



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0018-5

indaginis wäre/ſoll das Conſiſtorium mit unſerer Re-
gierung darauß communiciren / beyde collegia ihr
pflichtmäßiges Bedencken Uns überſchreiben/und un-
10. ſere gnädigſte reſolution darüber erwarten. Refer-
ri huc etiam poteſt Qv. illa elegans, inter JCtos verò
maximè agitata, de commiſſo homicidio in confinio,
ſeu ibidem reperto, cum neſciatur, ubi factum ipſum
11. vel cædes perpetrata ſit, quis judex competens? Alii
enim ei cognitionem deferunt, in cujꝰ territorio caput,
alii in cujus cor, alii in cujus pedes trucidati reperi-
untur, alii illum competentem eſſe judicem dicunt,
ubi homicida ſtetit, Berlich. *P. 1. Dec. 62.* Carpzov. *P. 3.*
12. *Qv. 110. n. 36.* Placet nobis Carpzov. & Brunnem. ſen-
tentia in *Proceſſ. Inqviſit. cap. 3. num. 16.* dicente, quod ſi
nempe ex circumſtantiis, indiciis & præſumptionibus
cujusque facti occurrentibus, præſertim ex appariti-
one ſangvinis, aliisq;, neq; de agentis, neque patientis
loco, quicquam appareat, tunc utriusq; judicis cogniti-
onem & coërcitionē requiri, atq́; ita judicium mixtum
formandum eſſe, vide etiam Dn. Stryk. *in Tract. de*
13. *Jur. Senſ. Diſſ. 1. cap. 1. n. 16.* De eo quoque diſputatur,
ſi delinquens in unius jurisdictione inchoaverit cri-
men, in alterius verò conſummaverit, cujus tunc ſit
cognitio? E. gr. aliquis ſtans intra ſepta Titii, cui ini-
bi competit jurisdictio, ſclopetum explodit, & alte-
rum in via publica, ubi Principis eſt jurisdictio, occi-
14. dit. Attendendum eſſe hoc caſu locum conſummati
delicti, ubi ſtetit occiſus, & ejus eſſe cognitionem,
vult Carpz. *Pr. Crim. P. 3. Q. 110. n. 18.* it. Zang. *de except. P. 2. c.*
*1. n. 233.* Alii contrarium ſtatuunt, & ei cognitionem
tribuunt, ubi crimen inchoatum, ſeu ubi ſtetit delin-
15. qvens, Farinac. *Pr. Crim. lib. 1. Q. 7. n. 45.* Nos utramq;
opinio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9482-p0019-5

opinionem conjungendam eſſe putamus, & utrumq; judicem competentem eſſe dicimus, qvam opinionem etiam fovet Dn. Brunnem. *Comment. ad L. 1 C. ubi de criminibus. Clar. §. f. Qv. 37. n. 9.* Struv. *Synt. J. Civ. Exerc. 9. theſ. 45.* Frantzk. *Comment. ad ff. de judic. n. 41.* Leipold. *de Concurr. jurisd. in Imperio Qv. 14.* Sed ad quem 16
pertinet cognitio criminis in via commiſſi? In via publica ſive regia auff offentl. Land- und Heerſtraße 17.
ſi crimen fuerit perpetratum, ejus erit cognitio & coërcitio, cujus eſt jus regale in eadem via publica, Carpz. *in Pr. Crim. P. 3. Qv. 110 n. 39.* Zang. *de except. P. 2 C. 1. n. 241.* Sixtinus *de Regal. l. 2. c. 2. n. 16.* Berl. *P. 1. D. 62 n. 7.* Si verò in via privata, tunc ad illius pagi Ma- 18.
giſtratum ordinarium cognitio pertinebit; tales enim viæ ſine dubio pro parte prædii reputabuntur, cùm ſint in agris privatorum, & nihil interveniat, quod à prædio principali easdem ſeparare poſſit, cum non in via publica commiſſum dici poſſit, quicquid in tali loco ſeparato commiſſum, & hic utiq; vera manet regula, quod connexa ſive conjuncta habeantur pro uno, *arg. cap. cum ſingula 32 de præb. in 6. L. 17. v. plane ſi qvid connexum ff. de neg. geſt.* & adhærentia & unita fiunt cum his, quibus accedunt, ejusdem conditionis, Mev. *P. 4. D. 106. n. 9.* Der Dorff-Herr richtet/ was im Dorff auf der Straßen und auff der gantzen Feldmarck zu richten vorfällt. Per Feldmarck intelligitur, ſo weit des Dorffs Acker / Wieſen / Feld / Weide und Huth gehet/ Wehner. *obſ. Pr. voce* Marck *in f.* Stryk. *diſſ. de jurisd. circumſcripta c. 4. n. 11.* Beſold. *Theſ. Pr. voce* Dorff.

## CAP. IV.

# De Judicii mixti Forma.

## Summaria.

*Judicii forma eſt proceſſus.* 1.
*Proceſſus deſcriptio ejusque principaliores partes.* 2.
*Quis modus ſit obſervandus in Judicio mixto.* 3.
*Forma à P. præſcripta eſt obſervanda.* 4.
*Quæ Juris naturæ & Gentium ſunt, in omni proceſſu obſervanda ſunt.* 5.
*Quæ DEUS ipſe obſervavit.* 6.
*Si nulla certa forma præſcripta, ſecundum ordinationem & ſtylum illius judicii, ubi habetur, erit procedendum.* 7.
*Judex de defenſione rei debet eſſe ſollicitus,* 8.
*Admittere debet Interrogat.* 9.
*Licet P. mandaverit cauſam ſummarie tractare, non tamen omittenda ſunt, quæ ſunt de ſubſtantia Judicii.* 10.
*Fruſtratoriæ exceptiones ſaltem rejectæ cenſentur.* 11.
*Reus ſufficienter eſt audiendus.* 12.
